

De Anno 1610.

P. Pareus

I. Librando Subberto Theologo Francuerano
 Salutem. Ex mundinis ternas tuas paucis intervallo, Reverende frater, accepi, quarum primis petebas à me septem questionis catecheticae rationem: posterioribus censuram disputationis vestrae de fide justificante, imponebas: ex nullis tamen satis cognovi, num tu meas priores cum contentis ad Hebraeos et nuperas, quibus te ad pertexendam telam Bellarminianam cohortabar, acceperis, licet non obscure viderim, quae te domi remora detineant, et spem nostram intercipiant. Cum prioribus n. accepi Replicationem Grotzerianam pro qua tibi gratias ago; et disceptatio vestra epistolaris satis ostendit, quae te studia exerceant. Utinam deus domesticas has pestes averruncasset procul! Ad catecheticae questionem de fine creati hominis quod attinet, quam etiam à vestris vicinis oppugnari scribis, quid isti tandem intactum relinquent? Sub quovis scilicet lapide scorpionem inveniunt homines scrupulosi, quibus nisi novum, nisi suum, nihil pulchrum, nihil rectum. O secula! O mores! Non est difficultas magna, quod excipiunt: si finis creati hominis fuit aeterna felicitas, ut vult catechesis, tum deum excedere suo fine, quia maxima pars hominum ruit in interitum. Atque catechesis cum dicit hominem conditum ad imaginem dei, ut cum eo beatus in aeternum viveret, non loquitur de intentione Creatoris, sed de forma, et fine ipsius hominis creati, quo cum hominem excedisse dicit, non ideo et deum intentione sua excedisse, inferri potest. Quod si non sufficit, est aliud solidior. Deum hunc finem intendisse non absolute, sed conditionaliter, quatenus homo in imagine dei et integritate perseveraret. Secus fine suo excederet. Sic finis ille.

hominis creati fuit non absolutus sed conditio natus.
Quando igitur homo per peccatum fine suo exiit,
non ideo deus intentione sua exiit, quia finem eum
sub conditione intenderat, quā posita, ille poneretur,
non posita, non poneret. id patet, quia consilium
dei nequaquam in primā hominis creatione termi-
nabatur, sed ad omnia eventa creationem secuta
sepe extendebat. Secus dicendum esset, et lapsum et
reparationem hominis proter dei consilium homini
evenisse, quo nihil absurdius. Si enim absq; dei nutu
passer non cadit in terram, quomodo proter dei con-
silium homo cadere potuit in peccatum et mortem?
Finis verò, quem deus creando hominem absolute
intendit, quemq; infallibiliter assequitur, & Evangelii
quidem creatoris est gloria. Omnia enim propter
semetipsum fecit deus. id verò geminus ille, quem
docet Apostolus Rom. 9. 4. 21. 22. 23. et 2. Tim. 2. 20.
qui finis permissionem lapsus omnium electorum
salvandorum supponit in dei consilio. Hec iudico
sufficere posse moderatis ingenijs, quæ ad sobrietatem
sapiunt, neq; quarunt nodum in scirpo, quod vicini ve-
stri videntur facere. Ad librum manuscriptum
venio, quem perlegi, absq; quidem tædio, non tamen
absq; difficultate, hebescente nunc visu meo ad tam
minutos vestros characteres. Doleo autem, doctri-
nam Evangelii tam manifestam, tam solidam, tam
necessariam de fide justificante non qualitative
sed relative et organicè, ut in scholis loquimur, à
Novatorib; in dubium vocari, Gratulor verò etiam
Eclesiæ et veritati orthodoxæ, quod te ut apud nos
habeat in illis partib; strenuum et exercitatum.
Macte igitur, accende et sta ad scissuris muri
intrepidus

intrepidus, ne hostis irrumpat ad dissipandum gregem
 Domini. Excusat se anonymus à Socinianismo. Atqui si
 persuadere vult, quod purè credat, purè loquatur; dice-
 bat Hieronymus de Johanne Hierosolymitano. Etiam
 Arminius nihil agrius ferre, quam se cum Socino con-
 jungi. Quid verò ea, quæ ad Legatum Palatinum scripsit:
 tunc credere esse nostram justitiam; Christi verò justitiam
 nobis non imputari, ac ne posse quidem imputari, à Soc-
 nianis discrepent? Nolo judicare alienum servum. In-
 ferim monstri simile est, quod anonymus non modo
 orthodoxæ sententia. Evangelicæ et Ecclesiæ
 contradicit, sed suam quoque opinionem ab Arminio, à
 quo tamen eam habuit, et Socini blasphemiam verbis
 separat. Quæ verò libido novandi dogmata hos homi-
 nes incersit? An cuique fas erit famula sua pro
 fide venditare? ingenio ad convellendam veritatem
 abuti? Et quid sibi hoc vult, quod me quoque in societatem erro-
 ris sui pertrahere conantur, à quo toto pectore semper ab-
 horui, quemque tam aperte toties in commentariis meis
 improbari et refutari? Quod nomenclaturam eam Soc-
 ni non tribui, quid opus fuit? Et Socinus ita variis de ju-
 stificationis causa, ut sibi non constet. Modò enim
 dicit, fidem esse ipsam justitiam nostram: modò nos
 justificari per nostrum fidere: modò nos justificari
 per nostram obedientiam, quia fidere sit obedire præ-
 ceptis Christi: et ita totus in lulum moracorum
 relabitur. Cedo autem quod Socini argutis et blasphe-
 miis omnem meum patrocinium: et gaudeo Anonymum
 tandem à te convictum, ipsum me ab errore suo absol-
 vere. Miror verò, ex unica vocula, quæ dixi alicui
 bi fidem propriissime justificare, potuisse illum, vel a-
 lium quencquam, suo commento velam quærere. Atqui

Lutherus.

Sceleratum est, cum noveris, piuni et sanum esse al-
cujus sensum, ex verbis incommode dictis statuere
errorem. In sensu enim, non in verbis est haeresis,
ut recte dixit Hieronymus à suis calumniatori-
bus exagitatus. Sed enim incommode nihil dixi. Dixi
fidem propriissime justificare, non simpliciter,
sed, quod tu recte observasti, respectu confessionis,
cum qua ibi fides copulatur, effectu quodam-
modo discriminatur, ut rectius intelligant, pro-
priissime dixi, non Logice, quod opponitur signi-
ficate: sed Metaphysice, quod opponitur alieno vel
falso: pro verissime. Coeterum responsa tua erudi-
ta et solida ad Anonymi strophas probo per-
omnia. Consentanea enim sunt doctrina Pauli-
na, et catholica nostra: quam utinam illustri-
simi ordines more majorum posteritati sanctam
seclum conferrent, nec tantum licentia argutis
indulgeant! Erat Anno 1587. Joannes Claudius
Alberis, Philosophus et Medicus ad vanitates
usque argutus sibi visus. Jo novandi libidine titilla-
tus idem dogma tueri audebat, evulgato libello
de fide Catholica: sed phrasibus adeo monstro-
sis, quae authoris vanitatem facile redarguerent.
Deus, inquit, perfecit ut παρὰ τὸν νόμον, nempe ipsum
credere Abrahami in παρὰ τὸν νόμον, hoc est,
in patibilem qualitasem, nempe in justitiam
transiret. Quid aliud vester, τὸ credere fuisse
se Abrahami justitiam! Et fidem, seu actum fidei
acceptatione

167
acceptatione ~~fide~~ Dei reputari pro perfecta legis
obedientia. Idem ille. Porro, inquit, ipsum talem fidei impu-
tari in iustitiam, hoc est, in hanc patibilem qualitatem, per-
spicuum fit hoc modo. Ubi enim talis fidei patibilis
qualitas seu iustitia à Deo effectum est: tum fides e-
dem modo definitur, atq; ipsa iustitia, quæ placeat Deo
et in eadem partes tribuitur, nempe εἰς τὸ κατὰ γινώ-
σκειν τὸ ἐκκατασκευάζειν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν. En non
stra! inclitus Senatus Bernensis, ut Novatorem co-
hiberet, non domi modo, sed et foris Theologo-
rum exquisivit sententias. Etiam ad facultatem mo-
stram Theologicam, et ad me missus hunc li-
bellus fuit. Facultatis responsum in Actis
quaesivi sed non reperi: scio quod fortiter impa-
verint portentosum dogma. Author cum per-
tinaciter id defenderet, dimissus ad Pontifici-
os in Galliam transiit. Sic cum nec istis por-
tentum satis placeret, ab eis desertus, à nostris
exclusus, paulò post miseram vitam cum despre-
tione clausit. Meliori precor Anonymo vestro.
Ordines tamen exemplum si imitati, non domi tan-
tum vos committi paterebunt, sed orthodoxarum
requirerent iudicia Ecclesiarum et Academiaarum,
nunc dubie tranquillitati publicæ, tam Reip. quam
Ecclesie, rectius consulereb. Quid enim ex his con-
flictibus vestris, nisi major distractio animarum
et Ecclesiarum expectari potest! unde paulatim semi-
na dissensionum inter Politicos pullulabant, dum
hi illis, isti illis partibus favebant, quæ pestis la-
tores omnes, gloriam et libertatem vestram everteret.
Est igitur studium et laborem Ecclesie hic navatum

valde probem tamen propter causam quam dixi, ad
vulgationem hujus controversiae properare vos
nolim. Quis scit, an non ignis hic in cineribus pau-
latim emoriatur? Quod si necessitas diversum aliquid
postulabit: res integra vobis, et conscientia moderat-
ionis adhibita, vos apud bonos tuebitur. Hæc mi
frater, breviter ad tuas nunc habui. Si serius, igno-
sce: citæ occupationes non permiserunt occupationes.
Theses in luctum Paulinam agnosco, et quædes,
quod pari passu hæc eas mecum in veritate tue-
da: quam profecto nullus nobis sophista exu-
tiet. Recipe meas de Ecclesia Maximi et Magni
Pontificis nundum publicè propositas. Et va-
le ac salve cum Dominis fratribus omni Domino.
Heidelbergæ 19 April. 1610.

D. Bartholomæo Pitiscæ

Salutem à Domino Jesu!

Reverende vir, frater honorande: Legi, perlegi, supple-
cationem nat. d. 1610, ubinam tam auspiciatam,
quam piam et orthodoxia patrocinantem! Gratula-
rer patriæ, gauderem mihi, et eras, si vocatio et æ-
tas mea ferrent, operam meam patriæ devoverem.
Ut verò, quod voluisti, paucis dicam, in scripto ipso
ag. d. d. 1610, quod attinet, nihil habeo, quod desiderem.
Studium quoque et desiderium Athonis, quisquis sit,
valde probo. Successum vero optatum si novi
homines nostros, vix sperare audeo, turbulæ tantum
magis metuo: qui si eveniret, serò illud Poëta
succurreret: Curando fieri quædam graviora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.